



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.

Pontano, Giovanni Gioviano

Venetiis, 1518

De suauitate amoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13534

A M O R V M

Quem fugit cupiat, quem non est passa iunare,
Nunc amet, uratur sic magis inq; dies.
Sancta fauet, iamq; et placidis arrisit ocellis,
Aureolumq; dedit lux mea basiolum.
Basiolum nigra quo mereuocauit abunda,
Atq; animam fessis reddidit articulis.
Quo sine non Arabum sylue, non rura Sabaea,
Ambrosiae spiret nec sine mollis odor.
At tibi seruati tanto pro munere uatis,
Sudabunt tepidis turea dona focis.
Et tibi cantabit laudes mea tibia, per te,
Cinnama dura prius, cinnama facta bona est.

A D C I N N A M A M .

Vm me cogit amor quicquam maledicere de te,
Dispeream, si non cinnama discrucior.
Discrucior, uerum tanto succendor amore,
Ut peream, si non quæ uelit ira, loquor.
Poena tamen praesto est, nam uix dum lingua locuta est,
Cum mihi sit subito flebile cordolium.
Pœnitet et caram dictis læsisse puellam,
Ac misero in lacrimas uertitur ira mihi.

D E S V A V I T A T E A M O R I S .

b Landitijs amor est, et suato mollior omni,
Melle quoq; est dulci dulcior, ac melior.
Hoc condimento cœlestis mensa deorum
Vescitur, icirco gratori Ambrosia est.
Namq; ubi non amor est, ubi non miscentur amoris
Sua via, nil lauti, nulq; leporis inest.

Hæc iuuenes content, quibus est Cytherea benigna,
Nam mihi felle malo tristior & grauior.

AD CINNAMAM IRATE.

p Auxillum q̄ amas me Cinnama, nū bene uelle
Plus tibi quanq; oculis credis inepta meis?
Non amo te fateor (quid enim simulare necesse est)
Si mihi nec bene uis, nec bene uelle cupis.

AD CINNAMAM BLANDE.

d A mihi basiolum mea Cinnama, quale furenti
Ante hac nulla uiro fæmina surripuit.
Cumq; meis pariter coniunge labella labellis,
Pro serpente mihi sit uaga lingua duplex.
Morsibus in blandis desit dens, murmura desint,
Exclususq; uaga spiritus ex anima.
Lascium satis est, quod mollis Francia libat,
Verum hoc aureolum est Cinnama basiolum.

AD SEIPSVM.

q Vingentas solitus cum sis adamare pueras,
Nunc ab amore tuo quid Iouiane uacas?
An quia difficilem se se tibi Fannia præbet?
Et rigidos mores forma superba facit?
Cum tot sint faciles, sit copia mollis amorum,
Quære aliquam tibi quæ sponte placere uelit.
Quæ tibi se dedat, cui sis & carus ocellus,
Cui dicas iam iam Fannia nulla mihi est.
Ipsa tibi dicat, mea lux, mea uita, meus flos,
Liliolumq; meum, basiolumq; meum.